

distincte sequelam, omnia, quæ clare & distincte
percepta percipimus, necessario esse vera. Hæc e-
sse vera, jus sunt verba Part. I. Princip. Artic. 30.
minime, Atque hinc sequitur, lumen naturæ, sive
nisi e Spi- nozæ cognoscendi facultatem a Deo nobis datam,
Princi- nullum objectum unquam posse attingere, quod
piis, se- non sit verum, quatenus ab ipso attingitur,
quitur. hoc est, quatenus clare & distincte percipi-
tur. Merito enim deceptor esset dicendus, si
perversam illam ac falsum pro vero sumentem
nobis dedisset. Quæ, obsecro, tam crudæ &
parum a blasphemia distantis rationis, vi-
delicet, Deum tum merito vocari posse
deceptorem, ratio est? An adeo arctus
est inter divinam essentiam nostrasque i-
deas nexus? Statuamus, Deum creasse
substantias rationales, ab essentia sua di-
stinctas; quid si eæ forment ideas a vero
alienas, an ideo Dei veracitas veniet in
discrimen? Possetne eodem jure conclu-
di, quia Deus est perfectissimus, ideo eum
oportuit homini dare intellectum perfe-
ctissimum, nullique errori obnoxium?
Hujus tamen contrarium in ipsis proto-
plastis verum fuit. Rationem vero, cur
clara & distincta perceptio vera esse de-
beat, Spinoza dabit clariorem in Scholio
ad Propos. 43. Ethic. Part. II. His adde,
quod mens nostra, quatenus res vere percipi-